Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



6

aduersitatis magisterio sub disciplina cor premitur.
Quod si ad regiminis culmen eruperit. in elationē proti
nus usu glorie ꝑmutat. Sic saul qui indignum se
prius considerans fugerat. mox ut regni gubernacu
la ꝑcepit intumuit. Honorari namq; corā ppl̄o cupi
ens dum rep̄hendi publice noluit. ipsi, pallium qui in regno
se unxerat scidit. Sic dauid auctoris iudicio pene
incunctis actibus placens. mox ut pressure pondere
caruit. in tumorē uulneris erupit. Factusq; ē in morte
uiri crudelifer rigidus. quia in appetitu femine fuit
eneruiter fluxus. et qui malis ante nouerat pie par
cere. in bonorū quoq; nece post didicit. sine obstacu
lo retractationis anhelare. Prius quippe ferire dep̄
hensum ꝑsecutorē noluit. et post cum dampno desu
dantis exercitus etiā de uotū militē extinxit. Quē
profecto ab electorū numero culpa longius raperet.
nisi hunc aduenia flagella reuocassent. V.

Sepe suscepta cura regiminis cor ꝑdiuersa diuer
berat. et impar quisq; inuenit ad singula dum confu
sa mente diuidit ad multa. Unde quidā sapiens
prouide ꝓhibet dicens. Fili ne in multis sint actus tui.
quia uidelicet nequaquā plene in unius cuiusq; operis
ratione colligitur. dum mens ꝑdiuersa partit. Cumq;
foras ꝑ insolentē curā trahitur. a timoris intimi soli

in libro regum